Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 519
Quelle:
Copyright:

T. V. *col.* 1350. et init: *Quam ſit utilis et neceſſaria penitentie medicina* &c.

V. *fol.* 223. p. 2. *Incipit auguſtinus de quinque hereſibus.* Alias: *Contra quinque Hoſtium genera.* Initium: *Debitor ſum fratres fateor non neceſſitate* &c. Ut in Append. T. VIII. edit. *cit. col.* 1. Non enim eſſe *Auguſtini* in *Admonit.* praevia oſtenditur, ut jam alias dixi.

VI. *fol.* 233. p. 2. *Incipit epiſtola proſperi ad ſanctum Auguſtinum. Ignotus quidem tibi facie* &c. Item: *Incipit epiſtola hylarij ad ſanctum Auguſtinum. Si ceſſantibus contradicentium queſtionibus* &c. Extant hae *Epiſtolae* inter alias T. II. edit. *cit. col.* 820. et 825. ſed praemittuntur etiam T. X. *col.* 779. et 783. ſequenti, ad quod introducunt, Operi.

VII. *fol.* 239. *Incipit liber Sancti Auguſtini de predeſtinacione ſanctorum ad ſupraſcriptos proſperum et hylarium.* Eſt Liber uterque, quorum alter inſcribitur: *De Dono perſeuerancie.* Ut *cit.* T. X. *col.* 789. et nobis alias. Initium: *Dixiſſe quidem Apoſtolum ſcimus* &c.

VIII. *fol.* 271. p. 2. *Incipit expoſicio Sancti Auguſtini Epiſcopi generaliter de fide katholica ſecundum breuitatem ſymboli.* Alias: *De Fide et Symbolo.* Initium: *Quoniam ſcriptum eſt et apoſtolice diſcipline* &c. Extat T. VI. edit. *cit. col.* 151.

IX. *fol.* 277. p. 2. praemiſſo loco L. II. *Retractat.* c. 38. *Liber ſancti Auguſtini de fide et operibus.* Sequitur is etiam in Editis T. *cit. col.* 165. et infit: *Quibusdam videtur indiſcrete omnes admittendos eſſe* &c.

X. *fol.* 292. ἀνεπιγραφος Sermo ille, qui T. V. *col.* 1506. inſcribitur: *De Poenitentibus*, et inchoat: *Penitentes penitentes penitentes ſi tamen eſtis penitentes et non eſtis irridentes* &c. quemque non niſi dubitanter, ſaltem integrum, *Auguſtino* tribuerim. Vide, quae praenotant *Mauriani.*

Codex antice veſtitus eſt lacinia membranea Tractatus cujusdam Rabbinici de Ciborum Delectu, poſtice fragmento Commentarii in *Parabolas Salom.* eleganter cum Punctis exarati, ſed priore paullo recentioris.

CCLXXXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. nunc 75. f. per duas columnas nitide exaratus, titulisque et initiis majuſculis miniatis varia S. *Ambroſii Mediolan.* Ep. Opera complectitur, quae ordine ediſſeremus. Initium faciunt absque inſcriptione *Libri III. de Officiis* nulla Capitum diviſione decurrentes. Primus aliquatenus marginum Summariis pollens orditur: *Non arrogans uideri arbitror ſi inter filios ſuſcipiam affectum docendi* &c. ut T. II. edit. *Maur. Pariſ. 1690. col. 1. f.* Secundus inſcribitur: *Beatę memorię Ambroſii confeſſoris et epiſcopi de officiis. Liber ſecundus Incipit.* Tertius vero tantum: *Incipit Liber Tercius.* Clauditur totum Opus: *plurimum inſtructio-* R. 32